

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Corpus, vel immunditia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

UNITAS. CAP. II.

*I: quo ex-
pli-
cando
hallucina-
tus credi-
tur Dumi-
Calderinus*

Sed jam strato itinere, sotisq; controversiis, ad ea, quæ liquida manifestaque sunt, procedamus, digitoque ipsos erumpere gestientes è carceribus emitamus: primum spatha corripiant auxiliares, alter & alter, quorum qui in leva est uno omnium consensu unitatis indicium est, fungitum ad medium volvæ tuberculum advertat, quasi coronam quamdam flectere meditetur. Itaque fasces à dextera alicujus statua fuerint, leva vero eo gestu pretendatur, primi Consulatus hieroglyphicum apparebit, vel si alia fuerint insignia alicujus honoris indices, primum eo potius ostendat, atque ita de reliquis.

CENTUM. CAP. III.

*Virginalis
numerus.
Mariensis
numerus.
Viduitatis
aut caliba-
tus nume-
rus.*

Ab hoc lœvæ digito ad eundem dexteram conversi, eodem gestu quo illo unum, hic centum, ut jam constare potest, significari profitemur. Neque id prætereundum, quod centenarius numerus Virginalis, ut sacrarum literarum interpres tradunt, appellatur: de quo apud Matthauam habetur c. 13. Quandoquidem iis, qui vitam recte, pie, sancteque instituerunt, tria sunt proposita prima, vel fructuum proventus: aliis tricenarius, aliis sexagenarius, aliis centenarius. Tricenarius quidem iis, qui maritalem fecuti vitam, eam conjugio minime contaminato peregere: nam numerus ille, ut suo loco dicetur, aptus nuptiis. Sexagenarius iis, qui viduitatem aut celibatum incomitatae integre custodierunt. Et sexagenarium annorum numerum viduitatis esse identidem ostendimus. Centenarius demum iis, qui virginitatem intaminatam in columinemq; ad ultimum usq; vitz terminum servavere. Eucherius centenarium hoc præmium non tantum ad virginum merita, verum etiam ad martyrum mercedes præmiaque proposita contendit. Hierosolymitanus Hesychius, perfectissimum, ait, centesimum ideo concipimus, quia quinquagesimus, quæ spiritus amplectitur, unde Pentecoste Spiritui sacra. Bonorum vero operum fructus, qui messem omnem excellit, in Evangelica lectione ad centesimum usque cumulatur. Adamantius quoque numerum hunc plenum in omnibus atque perfectum autumat: aitque totius rationabilis creaturæ sacramentum intrare continere.

DUO. CAP. IV.

Ad lœvam autem, unde digressi sumus, revertentes, si, uti de unitate dicebamus, aut Consulat Imperator, aut Dictator, vel quid hujusmodi fuerit, qui dignitatem eandem sibi accessibile inducere voluerit, non insulse statuam ponet, in cuius manu lœva anularis digitus eodem inflectatur modo, atque eodem loco cum ipso minimo applicetur. Duo enim, vel bis, vel iterum, eo gestu exprimi manifestum.

CORPUS VEL IMMUNDITIA. CAP. V.

*Dualis nu-
meri myhi-
cus sensus.
Sed & mo-
tus multi-
itudinis &
opiniosis
symbolum*

Ipse vero dualis numerus mystico significato corpoream indicat naturam, & pro immundis accipiuntur in lacris: quod is numerus sociandis generandisque corporibus aptari solet, de quo videlicus Adamantius libro tertio in Epistolam Pauli ad Romanos, ubi de propitiatorio loquitur. Sub nomine Divus Hieronymus in hanc sententiam adversus Jovinianum, animadvertisendum esse iuxta Hebraicam veritatem, in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto die, expletis operibus singulorum subjectum esse: *Et vidit Deus quod esset bonum, in secundo vero die hoc omnino subtrahit, ut admoneremur non esse bonum duplum numerum, quod ab unitate dividat: nam unitas tota Dei est, dualitas vero significet hieroglyphice scedula nuptiarum, quibus ubique Hieronymus paulo infensiorem ostentat.*

DUCENTA. CAP. VI.

Eodem vero ipso gestu quo in sinistra duo, in dextera digitus, idem DUCENTA significat.

TITULUS. CAP. VII.

Medius autem, quem nonnulli Medicum, plures Infamem & impudicum appellant, ita pennes duos inferiores incurvatus, ac si cithara cujuspam filo una serie gestuque apprimendi efficit.